



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illustrium Virorum Poemata

Amstelodami, 1672

In Emblema, apponendum Latinae editioni Historiae Concilii Tridentini,
Cardinalis Pallavicini, cum aquilâ unguibus ferente serpentem, & ad
solem, nomenque Jesu in sole praeifulgens, respiciente. Ode.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11215

I N E M B L E M A,

apponendum Latina editioni Historiæ Concilii Tridentini, Cardinalis Pallavicini, cum aquilâ unguibus ferente serpentem, & ad solem, nomenque JESU in sole præfulgens, respiciente.

O D E.

Montium præpes nemorumque cultor
 Ætheris celsi decus, ô minister
 Impios certo ferientis ictu
 Fulminis ales!

Qui viris clarum, titulisque præfictis
 Sfortiæ magni genus atque stirpem, &
 Miffa per longas series avorum
 Stemmata signas:

Perge, ubi pulchræ generofus ardor
 Te dapis dudum tenet atque pugnx,
 Splendidum victor folito ciere in
 Pulvere Martem.

Perge, Divini radios tuendo
 Solis, & roftro lacerare & ungui,
 Si quid invifi Superis colubri
 Reftat inultum.

Tuta ut à fœdo Pietas vapore,
 Splendeat caftis operata templis;
 Teter & puras odor inquinare
 Definat auras.

C c

Non

Non vides quantâ tibi mole præfens
 Auxill cœlum faveat? Verendo
 Sol tuus latè Superis & imis
 Nomine fulget.

Hoc duce infuetum per iter citatas
 Explicas primæ inter operta causæ
 Arduus pennas, penetrasque summi
 Limina Veri.

Nota jam pridem hic tibi tela, & acres
 Sufficit cordi indomito favillas;
 Hostium tergo bene sæpè notas
 Sufficit iras.

Sed quid immitis mea Musa pugnas?
 Sæva quid frustra meditaris arma?
 Vicimus! primo ferus hostis olim
 Concidit ictu.

Concidit, latè volucremque dium
 Auxit æterno domitus trophæo,
 Et novum asserti radiare fecit
 Sidus Olympi.

Tale Cyrrhæi domitor draconis,
 Rettulit palmæ decus, & Gigantum
 Impios sævo jaculatus igni
 Juppiter ausus.

Talis in Dacos utinam Scythasque
 Italas virtus animaret hastas,
 Tamque terrenos rueremus acri
 Impete in hostes!

Barbarâ haud ultrâ gement catenâ
 Græciæ pingues Asiæque campi,
 Et sacris læti fluerent Latinis
 Nilus & Ister.